



# Disputatio juridica inauguralis de querela inofficiosi testamenti

<https://hdl.handle.net/1874/342454>

17.

DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
QUERELA INOFFICIOSI  
TESTAMENTI,

FAVENTE Q U A M,  
DEO TER OPT. MAX.  
*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

JOANNIS GEORGII GRAEVII

Politices, Eloquentiae & Historiarum Professo-  
ris Ordinarii.

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicī consensu, Nobilissimaque  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis  
rite & legitime consequendis,

*Eruditorum examini subjicit*

ARNOLDUS DE RYCKE, Zierickzea-Zeland.  
*A. D. 14 Julii, horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiacæ  
Typographi, c̄lo Ioc xc.

*Eruditione & pietate conspicno VIRO,*

D. ARNOLDO DE RYCKE, Ecclesiæ, quæ Christo Zierickzeæ colligitur, Pastori fidelissimo, orthodoxæ veritatis pietatisque propugnatori acerrimo, theologo solidissimo, Patri meo dilectissimo, in æternum summopere colendo, observando.

U T E T

*Amplissimo, magnique nominis VIRO,*

D. D. ANTONIO HOFFERO, J. C. Urbis Zierickzeanæ aliquoties Consuli gravissimo, nunc Senatori spectatissimo atque ejusdem nomine ad Illustri D. D. ordin. Zeelandiæ collegium deputato dignissimo, Avunculo meo charissimo, juxta patrem filiali amore, honore, fidelitate, ac debita obedientiæ observantia ad extremum vitæ halitum prosequendo.

N E C N O N

*Consultissima doctissimoque VIRO,*

D. JOHANNI à CAUWENBURGH, J. C. uti aliquoties, ita & hoc præsenti anno, civitatis Zierickzeæ Consuli primario Avunculo meo in sempiternum adamando.

QUEM JUXTA

*Admodum Reverendo VIRO*

D. JOHANNI DE RYCKE, Zierickzeæ Verbi Divini preconi facundissimo, theologo versatissimo, patruo meo dilectissimo plurimumque colendo,

*Hanc Disputationem Juridicam Inauguralen-*

*Offert, consecratque*

**ARNOLDUS DE RYCKE.**

*Auct. & Rsp.*



DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
QUERELA INOFFICIOSI  
TESTAMENTI.



X iis , que mihi fuere concessa materia magis plau-  
cuit ea de testamento inofficio , quam breviter pro-  
ratione instituti mei explanabo : adeoque rem ip-  
sam absque ambagibus , atque ullo verborum cir-  
citu aggredior .

THEISIS I.

Testamentum inofficium est , quo contra pietatis officium exhe-  
redati vel præteriti sunt ii , qui debebant institui l. 3. de inoff. test.  
Parifere modoquo hominem dicimus inofficium , qui officium  
suum prætermittit , aut contra officium , quod alteri debet , fa-  
cit . Testamentum in officium dictum est , quo officium in  
liberos , parentes , & fratres neglectum est , sive in quo liberi ,  
parentes , vel fratres absque justa causa exheredati vel præteriti  
sunt .

A 2

II. Con-

## 4 DISPUTATIO JURIDICA

### II.

*Contra pietatis officium naturalis enim ratio liberis hæreditatem addicit , l. 7. ff. de bon. damn. idque propter necessitatem alendi , quæ parentibus incumbit : deinde pietas flagitat ut parentibus relinquatur hæreditas liberorum eo casu , quo improles moriuntur tandem inverecundum est fratribus præteritis turpes personas institui.*

### III.

*Exhereditati illud ad patrem avumque paternum , in quorum potestate sunt liberi , pertinet , ubi enim pater filium silentio præteriit , testamentum ipso jure non valet atque ab initio nullum est , neque opus est querelâ , idque propter rationem juris civilis , qua pater & filius una eademque sunt persona , unde sequitur , filium patri ipso jure hæredem esse dominumque paternarum rerum magis in filio continuari quam inchoari . l. 11. de libri & posthu. hered. ll. atque hinc est , quod hæreditas filio vi juris competens ei sit danda à patre nominatim , vel ex justa causa riteque ab illa excludendus , hoc est , instituendus vel ex-hæredandus silentio præterire nequeat . toto titulo de exhered. liberor. just.*

### IV.

*Exhæredationum causæ antiquo jure certæ non erant neque legibus definitæ , sed ab arbitrio centum virorum , hoc est judicium , quibus de inficiose judicandi potestas erat , pendebant . Valer. max. lib. 8. cap. 8. Justinian. ex arbitrariis certas esse voluit , earumque catalogum necit capite tertio Novell. 115. sed de iis mox latius .*

### V. Vol

## V.

*Vel præteriti.* Hoc intelligendum de matre & adscendentibus materni generis, quorum præteritio loco exhæredationis est; adeoque sive mater absque justa causa liberos præterierit, sive ex-hæredaverit, semper ad infirmandum testamentum opus querela: cum enim liberi in potestate matris non sint, neque eadem censeantur persona cum matre, mater liberis silentio præterire queat, atque ejus præteritio vim exhæredationis habet. §. ult. inst. de exhæred. liberor.

## VI.

*Qui debuerant institui.* Institui debent non tantum secundum jus civile, sed & naturae rei tamque rationem liberi, propter necessitatem præstandi alimenta, quæ parentibus incumbit, atque hac ratione jus naturæ quoddam parentum bona liberis addicit l. 7. ff. de bon. damn. parentibus etiam turbato mortalitatis ordine, id est, filio ante patrem mortuo, non minus quam liberis exhæreditatis piè relinqui debet l. 15. ff. b. tit. tandem ratio recta dictat, fratres ab iisdem parentibus progenitos potius hæredes institui debere, neque personas turpes iis esse præferendas. Quod ad cæteros cognatos ultra fratres attinet, illis necessario hæreditas non relinquitur, quamvis honestius sit & magis decorum sanguini suo bona relinquere quam extraneis, præteriti tamen querelam non habent, neque ullam obtinendi spem l. 1. ff. de inoff. test.

## VII.

Succurrit præteritis vel exhæreditatis per querelam inofficiosi testamenti, quæ non est imploratio quædam officio judicis aut remedium præparatorium, distinctum ab hæreditatis petitione, ut nonnulli volunt, sed ipsa petitio hæreditatis vel ut plenius dicam querela est actio rem, qua datur inique præteritis vel exhæreditatis adver-

## DISPUTATIO JURIDICA

*adversus hæredem in testamento inofficio scriptum ad id, ut testamentum rescindatur, & hæreditas restituatur.*

Querelam actionem in rem esse satis constat ex l. 20. ff. b. tit. ubi JCrus docet, eum, qui de inofficio queritur, non debere ullam aliam instituere quam hæreditatis petitionem quæ sine dubio in rem actio est add. l. 21. §. 2. ubi per querelam inofficii dicitur evinci hæritas, evictio vero notat, actionem in rem & l. 27. §. 3. d. tot. tit. ubi per accusationem inofficii vindicari dicitur pars hæreditati l. §. 18.

### VIII.

Querela datur iis, quibus recisso testamento hæritas defertur ab intestato, non omnibus, tamen sed & illis tantum datur liberis, parentibus, & fratribus cæteri cognati exhæredes scripti, vel silentio præteriti melius facient si inanibus sumtibus non vexarent, cum obtainendi spem non habeant dict. l. 1.

### X.

Primus locus datur liberis ob rationem superius allegatam, emancipatis non minus quam, suis, id est, in potestate retentis, legiti matis, & adoptatis æque ac naturalibus. De illegitimis, hoc est ex coitu illico progenitis sic habendum, ne fariis incestosis, & adulterinis querela plane negatur, uti & spuriis, id est, ex vago coitu natis, ubi à patre sunt exhæredati, cum patrem quod ad effectum juris non habeant, pater enim est, quem nuptiæ demonstrant l. 23. de stat. hom. ff. nothi, id est, ex concubinatu instituunt querelam adversus testamentum patris non existantibus liberis legitimis, quatenus ab intestato succedendo jus habeant: Uterque tam spurius quam nothus adversus testamentum matris inofficium querelam habent arg. l. 29. §. 1. b. tit. quia ad hæreditatem matris ab intestato admittuntur, & lex naturæ hæc est, ut, qui nascitur sine legitimo matrimonio, sequatur matrem, d. l. 24. nisi ea sit illustris persona & liberos justos habeat l. penult. C. adjct. Orphician.

X. Dein

## X.

Dein parentibus utriusque sexus querela conceditur adversus testamenta liberorum, quibus exhæredes scripti sunt vel præteriti: hoc ipsum flagitat pietas, ut quoque hæc ratio, ut habeant aliquod sui orbitatis solatium *l. 24. b. tit.*

## X I.

Tandem querela datur fratribus & sororibus injuste præteritis vel exhæredatis & quidem germanis, id est, ex eodem patre matreque prognatis, aut consanguineis, hoc est ex eodem patre genitis non vero uterinis *l. 27. C. b. t.* atque tum demum locum habet ubi turpes personæ vel minus honestæ ipsis prælatæ & hæredes institutæ sunt, quod his verbis Constantinus Imp. exprimit in *D. l. 27. si scripti hæredes infamia vel turpitudinis, vel levia nota macula aspergantur.* Per infamiam hoc loco commode intellegi potest, ea quæ lege irrogatur vel edicto prætoris, per turpitudinem ea, quâ alicujus fama & opinio gravatur apud honestos viros: ut proinde per levem notæ maculam significari videatur illud omne, quod alicujus existimationem incivitate parum per fugillat, durum enim foret vel ejusmodi hominem fratri præferri posse ut hæc quærela non tam ex necessitate juris oriatur, quam ex eo, quod turpis persona fratri sit prælatus.

## X I I.

Instituitur querela adversus hæredem testamento scriptum vel à testatore nuncupatum, idque sive extranei hæredes sint sive liberi, *l. 31. §. 1. b. ff.* neque hic ulla ratio habetur dignitatis vel conditionis hæredis cum adversus Imperatorem quoque, qui testamento inofficiose scriptus est hæres, querela competit, *l. 8. §. 3. ff. b. t.* Princeps enim non debet contra leges velle lucrari cum damno privatorum *add. l. 4. C. de leg.*

Dein

### 3 DISPUTATIO JURIDICA

Dein & querela instituitur adversus eos , qui loco hæredis sunt & puta adversus hæredes hæredis , item adversus fiscum , qui bona vacantia cum loco hæredis existens ejusdem juris censatur , cuius est hæres , dein quia respublica , quam fiscus representat , regulariter eodem jure utatur quo privatus : item adversus fidecommissarium universalem , cui restituta hæreditas est ex fidecommisso , subit enim in locum hæredis & vi SCti Trebeliani tota hæreditas ei & in eum transfertur atque in eum transeunt actiones hæreditariæ tam activæ quam passivæ *tt. inst. de fidecomm. hæredit.* nonnunquam datur querela contra legatarium particularem , scilicet qui suspecta collusione venit ad defendendum testamento . *l. 29. pr. b. ff.*

#### X I I I.

Instituitur querela hoc colore quasi non sanæ mentis fuisse testator , eo tempore cum testamentum ordinaret *l. 2. b. D.* ac proinde quasi testamentum facere non potuerit . *l. 27. §. 1. b. D.* qui tamen color nudus est atque juris civilis fictio , agendique formula & ritus , minus durum videbatur filium dicere parentem per vim morbi à recta mentis statione dejectum se exhæredasse vel præterisse , quam eum impium dicere & malignum judicium intulisse circa sanguinem suum , *l. 4. D. b.* neque hæc fictio ulterior operatur , testamentum enim inofficium subsistit , donec per querelam rescindatur , atque hoc sensu in *D. l. 2.* interim recte fecisse testamentum dicitur , secus quam si testator vere furiosus fuisse , ut hic casus sit , quæ fictio non tantum operatur in casu ficto , quantum veritas in casu vero .

#### X I V.

Olim proponenda erat querela apud Centumviros , apud quos filius exhaeredatus probare debebat se obsequium debitum parentibus præstissime per omnem vitam , prout ipsius naturæ flagitabat religio , *l. 28. C. b.* hodie intentari debet apud ordinarium judicem , vel

# I N A U G U R A L I S. 9

vel apud judicem rei sitæ cum hæc actio in rem sit *l. fin. C. nbi in rem actio*, vel apud eum, in cuius territorio hæres scriptus domicilium habet, *l. 29. §. ult. ff. b.* nisi fiscus successerit in locum ejus, qui testamento inofficio erat scriptus hæres, quo casu querela est instituenda apud procuratorem Cæsaris, qui causis fiscalibus præst.

## X V.

Effectus querelæ jure veteri fuit, ut nullum redderetur testamentum inofficium, si pro actore judicatum fuisset, ne quidquam ex eo testamento valeret *l. 8. §. 17. D. H. & l. 28. eod.* ut nec fidecommissa nec legata peti possent ex eo testamento, neque libertas servo relicta competeteret *§. ult. D. l. octave*, jure novo fecus est, atque sola institutio hæreditis per querelam infirmatur, cætera vero capita manent salva, *Nov. 115. cap. 3. in fin.* Sed quantum ad institutionem heredum pertinet testamento evanescere hoc & mox, si vero contigerit in quibusdam talibus testamentis quedam legata vel fidecommissa vel libertates, aut tutorum dationes relinquuntur vel qualibet alia capitula concessa legibus nominari, ex omnia jubemus adimpleri & dari, quibus fuerant derelicta & tanquam in hoc non rescissum oblineat testamentum.

## X V. I.

Cessat querela variis casibus ut puta. 1. Si testator sit miles quatenus scil. ex privilegio militari fuit testatus. *l. 8. §. 4. ff. de in off. test.* 2. Si lapsus fuerit quinquennium abhæreditate adita computandum atque intra illud spaciū querelam non instituerit cui ea competebat. *l. 36. §. 2. Cod. h.* 3. Si ob justam causam fuerit facta exhæredatio vel præteritio, quarum catalogum vid. in *Nov. 115.* 4. Si exhæredatus vel præteritus aliâ viâ adhæreditatem vel ejus partem pervenire posset, odiosum enim hoc remedium est & subsidiarium. *§. 2. inst. de inoff. test.* 5. Si exhæredatus vel præteritus diserte agnoverit atque probaverit voluntatem

20 DISPUTATIO JURIDICA

tem defuncti vel tacite acceptando Legatum relictum eo testamento , quo se novit exhaeredatum *I. 8. §. 10. & I. 35. §. 1. cod. eadem.* 6. Si transactum fuerit inter eum , qui scriptis est haeres , & ex haeredatum *I. 6. cod. de transact.* tandem si relicta fuerit legitima vel pars ejus : *nov. 115. cap. 5.* cum impius dici nequeat , qui tantum reliquit libris , vel parentibus , vel fratribus , quantum lex ipsis relinquì voluit.

XVII.

Legitima est portio portionis ab intestato debitæ , quam lex iis , qui ex officio pietatis exciudi non possunt , necessario relinquì præcepit . Haec est portio haereditatis quatenus uti dixi est portio successionis debitæ ab intestato *I. 31. C. b.* eadem legitima est , portio bonorum , quatenus deductionem æris alieni patitur *I. 8. §. 9. D. b.*

XVIII.

Legitima est introducta ex ratione naturali , quæ dictat absque justa causa omnem haereditatem non debere auferri liberis , aut parentibus , atque turpem personam non debere fratri eandem præripere : plenius tamen jus civile definivit : hinc limitari quidem minuīque & augeri , non item penitus tolli a statuto legitima potest , cum jus civile civilia quidem jura corrumpere possit , naturalia non utique.

XIX.

Antiquo jure legitima est quadrans five quarta pars ejus , quod ab intestato ad liberos erat per venturum atque haec pars visa est sufficere ad excludendam querelam *I. 8. §. 8. D. b.* jure novissimo aucta legitimæ quantitas in hunc modum , si liberi existent quatuor vel pauciores legitima est triens five tertia pars ejus , quod ab intestato debebatur , si vero testator liberos quinque vel plures

I N A U G U R A L I S . II

plures reliquerit legitima est semis hoc est, dimidia portio portionis ab intestato debitæ Nov. 18. cap. 1. atque hoc augmentum non tantum in liberis, sed etiam in parentibus, fratribusque statuendum videtur, quamvis inscriptio D. Nov. sit de liberis, idque propter hæc verba dicti capitinis primi generalia, *hoc observando in omnibus personis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratiæ de inofficiose lege decreta est.*

X X.

Olim peræque fuit quo titulo relinqueretur legitima, jure novo præcise titulo universale relinquenda est idque partim propter emolumentum juri accresendi cuius beneficio filius ex legitima institutus partem hæreditatis vacantem obtainere potest, eo casu, quo hæres deficit atque partem suam non vult vel non potest acquirere: deinde quia titulus institutionis magis honoratus quam legati vel alterius particularis: atque hæc breviter delibasse suffecerit, plura hanc materiam spectantia passim tradunt D.D.



C O

# COROLLARIA.

I.

*Maritus est dominus dotis.*

II.

*Mulier potest esse testis in codicillis.*

III.

*Filius fam. non potest testari de plenis adventitiis.*

IV.

*Usucapio est justus modus acquirendi dominii.*

V.

*Fera in alieno fundo capta fit occupantis.*

VI.

*In rebus propriis non datur domino usus-fructus proprie dictis.*

F I N I S.